Quelle:
Copyright:





8. Fol. 349a–372b.

S. Bernardi Homilia super Joa. 19. Stabat.

S. Bernardi Homilia super verba Joannis 19: Stabat juxta crucem Jesu mater ejus &c: Rubrica est: "Incipit Omelia devotissimi Bernhardi super ~~ista~~ verbo ut sequitur et scribitur 19 Johannis &c. Initium Homilia est: "Sicut Xtiane religionis defectus ex ariditate causatur." Operibus Bernardi /: Mabillon: edit: :/ nec genuinis, nec spuriis accensetur, ingenium, ac stilus a Bernardino longe alienus, et Ignatii Martyris epistola ad Joan: Evangel: spuria frequenter in testem adducitur. Unde mihi persuadere non possum, authorem hujus homilia esse S. Bernardum.

9. Fol. 373a–390a.

Henrici de Hassia de modo ligandi et solvendi Tractatus.

Henrici de Hassia Tractatus de modo ligandi, et solvendi. Incipit: Tibi dabo claves regni celorum. Mathei VI° Verbum hoc cuilibet dicitur confessori". In fine legitur: "Explicit tractatus de modo ligandi et solvendi Magistri hainrici de hassia pie memorie et est finis". Idem est tractatus, qui in Cod: XLIX. n 2 de confessione, et a Fabricio Bibl: m: & inf: lat: T: III. p: 219. col: 1 de clavibus sacerdotalibus nominatur.

10. Fol. 390–404a.

Thomae de Haselbach Tract: de casibus excommunicationis.

Thomae de Haselbach Tractatus de casibus excomunicationis. Titulo caret; initium est: "Salvator noster Math: 18 cum dixisset collegio sanctorum apostolorum". In fine subscriptum legitur: "In die cene de,